

Quae contradictio haec, et antinomia est? At revera nulla adest repugnantia verborum, nec oppositio sententiarum, immo grandis mysteriorum dignitas, et sacramentorum profunditas. Primum enim invitans nos ad emendum, Deus ostendit, quod quemadmodum emptor dat pariter, et accipit; ita qui vult divini huius sacramenti percipere fructus, afferre debet debitam animi dispositionem, videlicet humilitatem profundam, qua se cognoscat indignum; fidem vivam, firmiter credens illic vere Christum delitescere; spem firmam, et constantem, qua speret se Christo coniungendum; inflammationem amorem erga infinitum, et immensam bonitatem Dei, qui tam exquisito, mirifico, et ineffabili modo se nobis insinurare voluit; ac tandem erga proximum charitatem veram; non enim dedit odio laborare, vel sanguine pollutas habere manus, qui cum Deo in eadem paropside manum inungit, et ad Christi mensam accumbit. Sed quoniam omnis haec praeparatio, et omnis pro re tanta sumptus si comparantur cum humanitate, ac divinitate Christi, cum sanguine, et meritis illius, cum infirmitatibus bonis, quae nobis in hoc sacramento communicantur, instar nihili habenda sunt, ideo ait: *Emite absque argento, et absque ulla commutatione*: nam pro tam parvo pretio tam ingentem largiri thesaurum, idem est, ac si gratis, et pro nihilo daretur; unde Propheta dixit (*Psal. 55*): *Pro nihilo salvos facies eos*. Quod vero vocans ad bibendum sitientes, praebet cibum, quo sitis augetur, non est absque mysterio: vult enim nobis significare mirabile discernim, quod inter hoc divinum alimentum, et cetera, quibus nutruntur mortales, existit: nam omnia ciborum genera, quibus alimur, sive pavonum, vel phasianorum sint, afferunt tandem fastidium comedentibus; sed cibus hic, quem Christus dat, etsi ex una parte satiat esurientes, famem simul acuit, ob idque iubet Deus sitientes comedere, quoniam sicut augetur sitis cibos comedenti terrestres, ita Christi regiam carnem manducantes magis esuriunt, ut ipse dixit (*Ecl. 24*): *Qui edunt me, adhuc esurient*. Fames, et saturitas aliquid mali, et aliquid boni habent. Bonum famis est cibi appetentiam afferre: nam, ut vulgo dicitur: *Optimum condimentum fames*; malum famis est fami non posse satisfacere: saturitatis bonum non exiguum est, latrantem fame stomachum placari; illud tamen habet mali, quod tandem parit cibi fastidium, et quae avidae expectivimus, mox taedium habemus. Differentia igitur inter hunc, et alios cibos est, quod in hoc pane angelorum invenitur bonum famis, quippe illum renovat; et invenitur bonum saturitatis, quoniam animi nostri aviditati uberium, ac plene satisfacit. Dum denique ait (*Isai. 55*): *Sitientes venite ad aquas, datque vinum, et lac, significat, Christi sanguinem, qui nobis datur in hoc sacramento, esse potum, incipientibus, proficientibus, et perfectis convenientem. Potus tenelli pueri lac est, adolescentis aqua, et viri esse vinum solet. Quicumque igitur puer est in virtute, ad hoc sacramento accedat, lac enim est quo feliciter adolescit, et qualitatibus, quae in eo sunt, particeps effici-*

tur. Res enim est inter philosophos, et medicos exploitatissima, et quotidiano probata experimento, nutrices cum lacte pueris suis communicare mores: unde, ut scribit Macrobius, Titus Imperator morbis infestari fuit solitus, quoniam, quae lac praebuerat nutrix, parum firma valitudine fuisset. Narratur et Hadrianus vino ultra modum delectari solitus fuisse vitio nutricis, quae crapulae indulserat; et Dionysius Halicarnassensis refert Caium Caligulam sanguinis humani sitientissimum, quod barbara nutrix ubera infantulo praebenda sanguine iningeret. Cum igitur hoc lac, quo nutritur Christus filios suos, lactae virtutis, et excellentiae, quantae Dei ipsius sanguis existat, quis dubitabit eius ubera sugentes naturae quoque illius fore participes? Id manifeste docet experientia multorum, quos altaris sacramentum frequentantes, novis quotidie augeti virtutibus, et meritis cumulari cernimus: quod mirum quidem non est, cum id a lacte, quo nutriuntur, acciperint. Quare sicut quando aliquid videmus fieri sapienter, aut fortiter ab his, qui sapientibus, ac fortibus parentibus generati sunt, dicere solemus, non est mirum, si ita faciat, nec id cum lacte suxit; ita si viderimus quempiam esse castum, benignum, pacificum, si municipem in pauperes, officiosum in aegrotos, in condonandis iniuriis facilem, dicere tunc possumus, nil mirum: hos enim mores cum lacte suscepit: quidquid enim fortitudinis, prudentiae, iustitiae, magnanimitalis in nobis est, ab hoc divino lacte tanquam ab omnium bonorum fonte derivatur. Si ergo puer in progressu virtutis es, lac istud bibe quo nutriaris; et quemadmodum infans de re nulla cogitat nisi de nutricis ubere, illic enim placatur indignatus, laetatur tristis, quiescit lacrymans, sanatur aegrotans, sic tu quoque si tristis, si succenderis iracundia, si alius animi affectibus traheris, accurre ad ubera Christi, accurre ad sugendum lac vivificum, et salutare, in quo solamen, gaudium, delectationem, et robur invenies. Quod si iam a pulle, ac infantiae pannis recessisti, et adolescentis factus concupiscentiae vexasi aestu, perge ad fontem aquarum viventium: illic enim refrigeraberis, ne te in virtute progredientem libidinis ardor impediatur. Si tandem vir iam es ac virtute perfectus, sanguis Christi vinum est, quo inebriantur eius amantes, et in ipsum quem diligunt Christum transformantur. Quae omnia Sponsus brevibus verbis complexus est cum dixit: *Bibi vinum cum lacte meo*. Vinum puerorum est lac, et senum lac est vinum: lacte crescent, et roborantur pueri, et vino senes exhilarantur ac fulciuntur, quae quae res nobis per hoc sacramento, ubi omnium bonorum auctor Christus nobis datur, cumulatissime praestantur; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XV.

Verba Christi: Caro mea vere est cibus, superius exponi coepta copiosius nunc pertractantur, et quae sequuntur expli-

cantur: Sanguis meus vere est potus: tanquam in his, quam illis beneficia, quibus Deus animam in hoc sacramento prosequitur, perstringuntur.

Ut tam refera mysteriis verba radicatus aperiantur, altius mihi repetenda res est. Primum huius sacramenti exemplum in novo Testamento est apud Ioannem, ubi factum a Christo inelyum illud miraculum narratur, quo panibus quinque hominum quinque millia satiavit, ut tam mirabili convivio, tanquam praedidio, futuri sacratissimi epuli hominum animi ad fidem sacramenti ab ipso instituenti praepararentur. Quoniam si considerentur, quae in illo contigerunt, facile agnoscemus cum his convenire, quae in hoc gesta sunt: nam, ut ait Ioannes, illic Christus *gratis agens distribuit*; et hic, ut testatur Matthaeus: *Accipiens calicem gratias egit*: illic panes quinque lacti eius manibus ad quinque millia multiplicati fuerunt; hic tactus Christi manibus panis in Christi virtutibus substantiam: illic conviviae omnes saturati sunt; hic praestantiori modo, et mirabili alimente satiantur: illic panis comedentibus iucundus fuit, quoniam Dei panis erat, et ipse quasi pistor eius, et confector fuerat, et vinum in nuptiis Canae Galilaeae iucundum convivantibus fuit, quod non de vitibus terrae provenerat, sed manibus Dei expressum fuerat: et aqua, quam in deserto elicit de petra, dulcissima, quam ideo Moyses mel appellavit; et in hoc convivio panis est multo dulcior, ac suavior, quia non modo Dei panis, sed ipsemet Deus est: illic Dei manus fuerunt instar horrei tam abundantis, ut ingenti hominum multitudine saturata duodecim cophini superfuissent; hic divini panis tanta est abundantia, ut tot Christi fidelibus per mille, et sexcentos, et amplius annos de illo comedentibus, nunquam quae in arca sanctissimi sacramenti constituitur, animarum nostrarum alimonia deficiat. Fuit igitur miraculum illud praedidium, et introductio, qua fideles ad credendum huius divini sacramenti veritatem allicerentur. Unde ait Ioannes dixisse Christum, cum videret turbas seipsam sequentes, et admirantes, quod eos tam abundanter in deserto sustentasset: *Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam, quem filius hominis dedit vobis*. Veruntamen oportet in primis animos vestros fide praeparari: nam hoc est opus Dei, ut credatis in illum, qui misit me. Quare qui digne accessurus est ad cibum Christi gustandum, ante omnia gradum fidei ascendat, deinde charitatis, tertio spei; per fidem credendo mysterium, per charitatem amando largiorem eius, per spem gloriam sperando promissam, in cuius pignus nobis datur hoc sacramentum: hincque gradatim

Christus eos pervenit, ut diceret (*ibid.*): *Caro mea vere est cibus*. Ex quibus verbis campus nobis panditur latissimus ad agendum gratias de beneficiis, et favoribus amplissimis, quibus Deus nos cumulat, praebens nobis divinum alimentum, a quo tanquam fonte perenni omnia flumina gratiarum emanant: nam si Christum in se ipso, prout est aeterni Patris Filius, contemplerim, sapientiae abundantissimus fons est, qui a monte sublimi Patris aeterni habet originem (*Ecl. 1*): *Fons sapientiae Verbum Dei*. Si cernatis illum carne indutum, fons est a foecunda terra viscerum Mariae surgens, et mundi sterilem, et infocundam terram humeclat (*Gen. 2*): *Fons ascendebat de terra ad irrigandum universam superficiem terrae*. Si consideretis eundem in terris conversantem, fons quoque fuit doctrinae, quae amentum hominum corda rigavit (*Mester 11*): *Fons parvus crevit in fluvium magnum, et in aquas plurimas redundavit*. Si mortalem intueamini, fons est copiosus pietatis, et clementiae, per venas quoque vulnerum manans sanguine ad remissionem peccatorum, ut cruore suo faciat diluivium, quo omnia mundi peccata submergantur, sicut in diluivio homines, et in mari rubro Aegyptii submersi fuerunt (*Genes. 7*): *Rupti sunt fontes abyssi magna, et factum est diluvium super omnem terram*. Si meditamini resurgentem, fons est gloriae, et beatitudinis, qui nunquam aqua deficit ad paradisi plantas irrigandas (*Isai. 58*): *Fons hortorum, cuius non deficiet aqua*. Si ascendentem in caelum, fons est, qui tantum ascendit, quantum descendit; et sicut descensus fuit ad terram usque, sic usque ad caelum fuit et ascensus, indeque perpetuis donis et favoribus in homines profudit (*Eph. 4*): *Christus ascendens in altum dedit dona hominibus*. Denique si perpenditis illam in hoc sacramento latentem, perennis est fons amantis Iacob Christi Iesu (*Ioan. 4*): *Erant autem ibi fons Iacob*; sed est fons signatus, ideoque necesse est, ut ipse aperiat Venas thesaurorum illic latentium (*Nun. 20*): *Aperi Domine thesaurum tuum, fontem inquam aquae vitae, ut a tam pretioso fonte manantem tuae benignitatis gratiam bibamus, et veneremur*. Prima gratia est, quod nobis epulum condidit, et suae nos mensae voluit accumbere (*Prov. 9*): *Sapientia edificavit sibi domum, et exivit columnas septem: immolavit victimas suas, posuit mensam, etc. et locata est, comedite panem meum*. Lactum vobis afferro nuncium: nam sapientia Patris domicilium fixit in orbe terrarum: *Et ignis eius in Sion, et comedit panem suum*; illic pinsit, et coepit paum suum, et ad suae mensae accubitionem hortatur. Singularis in nos fuit haec Dei magnificentia: nam etsi a Galliae rege dictum magno Daci cuidam Hispano, ut secum ad eandem mensam accumberet, quoniam qui reges debellaverat, poterat etiam eisdem assidere; qui non vincit animi sui motus, nec suarum est rex affectionum, quomodo mereri potest tam divinae mensae accubitionem? Sed ibi laet singularis Christi favor, et benignitas, qua utitur erga suos per hoc sa-

cramentum, quoniam, ut quondam teste Tertulliano, Romani volentes servum libertate donare, illum secum accumbere, et eodem vescei ferula iubebant, eaque re manumissus, et liber censetur; ita Christus videns hominem servitute depressum, peccatorumque laqueis irretitum, quod Paulus deplorabat (Rom. 7): *Copiantem me in lege peccati*, secum eisdem mensae accubare vult, et ipsius Dei carne vesci, ut libertate illum donet, et a dura eripiat servitute peccati, quae multo gravior est, et molestior, quam quae a Iheronimo filiis Israel infligebatur. Sed hoc discrimen est inter libertatem, quam Romani mancipiis suis dabant, et illam, quae a Christo praebetur: quoniam libertas illa, et manumissio ab homine, et illius contubernium separabat; haec autem manere facit in domo Domini, et eidem adhaerere: *In me manet, et ego in eo*. Hinc est, quod quemadmodum aucupes antiquum accipitrem viculis liberant, et dimittunt illum, carnis aliam frustula pascent, ut eius gustu allectus, ad dominum revoluti facilius; ita Christus animarum divinus aucupes priusquam volatum mitteret, sacros illos, et velocissimos accipitres, discipulos suos, dedit eis tanquam illicebant propriam carnem suam, inquit: *Accipite, et manducate: hoc est corpus meum*: quae buccella refecti, quamvis urgente tempestate passionis ab eo separati sunt, memores tamen suscitatis, et dulcedinis, quam ex carne illa perciperant, ad Dominum redierunt, et ipse illos tanquam suos admittit ad omnem aeternitatem (Joan. 14): *Iterum accipiam vos ad me ipsum*. Marcus Varro (in lib. de agric.) pastoribus praecipit, ut quandoque canibus gregem custodientibus panem cum lacte praebent, sic enim lactis gustu illicti libertas pastorem, et peccata sequuntur: quia industria usus est Christus, dms nobis suae carnis buccellam, ut magna illius suavitate adducti ab eius vestigiis nunquam recedamus. Quid plura? Mensa haec Christi regia vere est, et tam opulenta, ut uno ferreto praebat nobis quidquid optare poterat humanus appetitus, in qua tanta est divini panis abundantia pro Christiana republica, ut inde se illius esse regem indicaverit: nam, ut refert Isaias (c. 53), cum penuria esset hominum magnitudine animi praestantium, et civis a quodam viro egregio perleret, ut ipsorum esset rex, se excusans respondit: *In domo mea non est panis, nolite me constituere regem*. Scimus etiam, cum mirabilia opera per totum vitam suae spatum Christus fecisset, caecis visum, mutis loquelam, mortuis vitam restituent, nunquam ab his eum fuisse regem appellatum; cum autem in deserto tantam praebuit panis abundantiam, ut satiatis omnibus multi copiosi superfluerint, illico coronam ei, et sceptrum regium, qui satiati fuerant, deferre voluerunt, et sicut ait Iohannes (cap. 6) venerunt, et repraesentant eum, et facerent regem; iudicantes, quod qui tam abundanter suos alabat subditis, regnum ut gereret esse dignissimum. In cuius rei typum videmus Iosephum, quia regno paraverat frumentum, Aegypti regem creatum, et somnium, quo somnium se dominatum patribus suis, fuit de manipulis spica-

rum, quos ceteri manipuli adorabant. Et inter alias caeremonias, quae olim in consecratione summi sacerdotis observari consueverunt, calathus panis plenus in sublime sollebatur, ut scribit sacerdos, quemadmodum advertit sanctus Thomas hanc caeremoniam interpretans, se assumptum illius servum, qui pane coelesti regiam beneficentiam, quam Christus ostendit, tantam nobis divini huius largiens abundantiam, ob quam merito ut rex venit aestimandus, contempleremur, ad excitandum nostram erga illum amorem, desiderium, quo ille tam ardentem desideravit nobis adhaerere, ac penitus insinuari, ut velut invidens materiali panis stomachum nostrum ingredientem, qui in substantiam nostram convertitur, modam inveniret, quo in panis forma ad nostra viscera penetraret, et intime nobiscum uniretur. Quae gratia maxima fuit, et inestimabilis pretii beneficium: nam quemadmodum in naturali ordine necessarium est corpora invicem esse unia, terram aquae, aquam aeri, aerem igni, et hinc primo coelo, et primum secundo, atque ita deinceps, ut hoc modo virtus superiorum influentium, non inveniens fractionem in aquaeductibus, per quos ad inferiora descendit, omnibus et singulis communicetur; ita in ordine supernaturali pariter oportet spossita divina determinatione, ad illarum supremae virtutis qui est Deus, unio esse, atque cohaerentes aquaeductus, per quos illabitur, et influit: nam si ruptio interveniat, vel dissipatio, illico impeditur communicatio, alque ita Verbum divinum, quod est fons, carni Christi est unium, et caro Christi sacramentalibus speciebus, et haec nobiscum, quando illas assumimus: et hoc modo recto tramite illabitur superior virtus ad animae bonum regimen, et conversationem. Unde vere cum Aristotele dicere possumus: *Oportet mundum hanc inferiorum contiguum esse latioribus superioribus*. Quae convenientia, et connexio nostri spiritus cum supernis astris, hoc est, cum divinis auxiliis adeo necessaria est ad virtutes eorum et aspectus favorabiles participandos, ut absque illa connexiono vivere minime possemus. Huius autem desiderium uniendo se nobiscum adeo provexit Christus, ut donec nos participatione deos per hoc sacramentum fecit, a proposito non destiterit, immo tanta se nobis communicandi in eo voluntas fuit, ut quod diaboli pollicitus est homini, cum irridens, cum dixit (Genes. 3): *Eritis sicut Dei, re ipsa, et vere nunc Christus implet in hoc sacramento, quemadmodum ipse dixit: Sicut misit me vivens Patrem, et ego vivo propter Patrem; sic qui manducal me, et ipse vivet propter me*. Videtur profecto Deus accupari, et exquirere occasiones, ut homini bene faciat, et cum in rebus scriptam non inveniret aliquid a se intentatum ad hominis salutem, aggreditur Iudicari, id est, quae dagnum per ludibrium, et opprobrium homini, si comederet, promisit. *Eritis sicut Dei*. Concedite, quoniam qui comedit carnem meam, vitam habebit aeternam: *Et ipse vivet propter me*, et ita in veritate mutabitur mendaciam illius, qui dixit: *Eritis sicut Dei*. Nec

nil mihi nunc in mentem cogitare, quod spiritus Dei solet verbis malis, et ab ore impio prolatus sensum verum, et ad Spiritus sancti intentum adnectere, sicut in Caipha, dicente (Joan. 11): *Expedi, ut unus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat*. Quare, dicente diabolo: *Comedite, et eritis sicut Dei*, menditur iuxta sensum suum; et iuxta Dei sensum verissime dixit: *Dii enim sunt participatio de hoc pane comedentes*: quae omnia significant verba Christi, aientis: *Caro mea vere est cibus*: quoniam sicut ex cibo, et comedente una res fit naturaliter; ita ex hoc divino cibo, et illum manducante res una fit spiritualiter. Additque Christus: *Et sanguis meus vere est potus*, quoniam ea illius natura est, ut sitim prorsus extinguat; quod non faciunt mundi aquae mendaces, et dolosa pocula, cum promittant sitis extinctionem, et illam magis auget, et accendant. Accidit enim modis aquas bibenti, quod solet aegrotanti, qui aestu febris nimis accensus, plurimum sitiens, a medico rogatus, quid velit? respondet, aquam: medicus iubet os eius humectari levibus ablutionibus, et coram ipso ramis umbrantibus fieri fontem, cuius leni strepitu aegrotus recreetur; ille vero, cum huiusmodi remedia sint externa, nec ad locum, ubi sitis urit, penetrare queant, ipsis pro voto suo hand satis refrigeratur. Idem contingit in rebus moralibus: accipite omnia mundi stivissima pocula, mitram in annos singulos quinquaginta millium aurorum, et totidem galorum cardinalium: parum dico, accipite coronam, et sceptrum regium, et Itaram Romani Pontificis, invenietis his omnibus animae nostrae sitim non extinguit: sunt enim quasi leves orbis ablutiones externae ad intimum sitis locum non penetrantes. Unde religiosis, et sapienter sanctissimus dominus noster Paulus Quintus, qui nunc Ecclesiae Dei dignissimus praesert, postquam ad Summi Pontificatus fastigium ascenderat, probe agnoscens, et animae eius capacitatem satiare non posse, lixit cum Davide (Psal. 16): *Satiabor, cum apparuerit gloria tua*. Unde in his, qui summas divitias obtinuerunt, non minus, quam anlea deoat cupiditatis exardescit, sicut optime indicavit Isaias per metaphoram somniantis bilere de crystallino fonte, vel de flumine Darii, aut Hetro in os eius profulente, qui postea somno excitatus, os aridum, et linguam prae nimio calore habet exstam: verba Isaias (c. 29) sunt: *Sicut somniant sitiens, et bibit, et postquam fuerit exasperfactus, lassus adhuc sinit, et anima eius vacua est*. Diversus omnino est potus, quem nobis Christus in hoc sacramento ministrat, cuius natura talis est, ut bibentibus satisfaciat, et sitim prorsus expellat: quoniam ad animam usque, ubi sitis est, pervadit, estque tanquam margaritarum ad animi deliqua curanda refrigerans poculum, quo concupiscentiae ardor extinguitur, explorata theriaca adversus venenum rebellionum, neclat suavissimum ad animam dedicandam: non enim solum potus est hominum, sed etiam ipsius Dei, quo in nocte coena suam recreavit humanitatem. Verum, ut aliquid dicamus de virtute, et officina mirabilis huius po-

tus, quo nobis Christus largitur, examinabo prius finem, quem Moyses respiciebat, cum idolum aureum ab Israelitis factum dedit eidem bibendum in pulverem redactum. Nonnulli Hebraeorum Rabbini, quos refert Lyra hunc locum interpretans, id factum a Moysse dicunt, ut qui vitulum aureum osculati fuerant, et adoraverant, peccatum suum vultu prodrent: nam qui peccatum idololatriae commiserant, potum illum bibentes, aurata labia gerebant. Lyra vero sentit id ita gestum a Moysse, ut idololatriae a fidelibus distinguerentur: nam, ut scribit Rabbi Salomon a Lyra citatus, potus ille idololatriae, et infidelis inflabat tanquam hydropticus, fideles relinquens illaeros, instar potus zolotypiae, qui adultero erat virus, et innocenti nullum damnum interebat. Alii huius loci interpretes aiunt, Moyssem dedisse Israelitis vitulum bibendum, ut experirent ipsum non esse verum Deum, sed fallacem, et vanum, cum ipsum manducantes, et intra viscera includentes, nullum ab eo acciperent adiuverum. Haec a Moysse gesta contra in Christo accipienda sunt; qui propterea nobis dedit sanguinem suum in potum, ut experientes mirabiles effectus, quos animae nostrae divini huius calicis haustus adducit, credamus in illo nobis dari Deum: quoniam si sanguis hic non esset Dei sanguis, nequam ab illo tam mirabiles effectus, quos quotidie in nobismetipsis experimur, produceretur, inter quos est ablutio culpatum, qui casus est Deo reservatus; ob causam voluit a latere suo simul cum sanguine profluere aquam (Joan. 19): *Exiit sanguis, et aqua*, ad significandum suum sanguinem esse aquam quae abluunt, et sordes, ac maculae nostrae mentis eluunt (Apo. 1): *Lavet nos in sanguine suo*, quo mens nostra redditur nive candidior: *Dealbavit stolae suas in sanguine Agni*. Alter effectus huius sanguinis est nostrorum vulnerum medicina: nam sicut divina providentia animalibus varia remedia ad morbum depulsionem providit, sicut corvo dicendum, usque formicas, apro hederam, draconum lacteam silvestrem, musclae ratam, serpenti marathrum, et ciconiae origanum, pernici laurum, hircundi chelidonium; ita homini sanguinem Christi, sicut dixit Isaias (c. 53): *Cuius liere sanati sumus*. Veteres utebantur pro antidoto omium morborum columbae sanguine exstillato ex latere dextro subter alam, ubi vulnus infligebatur, ut scribit Richardus Baxianus (to. 2): superstitio haec erat, sed per ipsam innuitur, quod factum est in columba sine felle peccati innocensissimae carnis Christi, quae permissa non solum in latere dextro, sed etiam in capite, et pedibus, profudit sanguinem pro medicina nostrorum plagarum; idque tam abundanter, ut Ecclesiae vasa, quae sacramenta sunt, eo scaturiant. In cuius rei figuram legitimus (in libro quarto Regum), Eliasum prophetaem praecipisse pauperi viduae, ut a vicinis vasa peteret, in quae oleum suae lecythi transfunderet: tantum enim olei inde fluxurum, ut omnia vasa implerentur; et inopiae suae satisfactis, solvere posset, quod debebat creditoribus. Ecclesia catholica in re-

sus liberum in cellam vinariam permisisset ingressum: *Introduxit, inquit (Cant. 2). me rex in cellam vinariam.* Quae verba pro certo habeo, etsi non desint, qui refragentur non esse intelligenda de vino pretioso, quod rex bibebat Salomon. Primum, quoniam in sacris litteris, et humanis vinum valde improbatum: unde Spiritus sanctus (Prov. 23) inquit: *Ne intuearis vinum quando flavescit: ingreditur blande, sed in novissimo mordebit ut coluber: et Apostolus (Eph. 5): Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: et s. Petrus Chrysologus (ser. 26) vinum vocat venenum dulci pudoris.* Hincque, sicut refert Natalis Comei in sua mythologia (lib. 1. cap. 13), ipsi quoque Ethnici fluxerunt Bacchum Veneris puerum, qui arma ei ministraret. Cognita satis haec vini damna habebat prudens ille Lacedaemoniorum legislator Lycurgus, cum iussit in tota republica vineas extirpari, et poenam capituli saxit adversus eos, qui vites in posterum plantarent. Aeneas Silvius (cap. 20) scribens de Europa, solitos fuisse veteres ait, in novi Principis electione peculum aquae Principi electo praebere bibendum, ut ea caeremonia abstinendum sibi a vino docerent. Ad quem ritum videtur alludere quod (Prov. 31) scribitur: *Noli regibus dare vinum, quia nullum secretum est, ubi regnat ebrietas: et Plato (in dialogo, quem scripsit de legibus) inquit, vinum datum hominibus ad propriam ipsorum supplicium, cum multum bibentes a mente deficiant, et usum rationis, ac propriae voluntatis imperium amittant: sicut visum fuit in Noe primo vinearum auctore, qui quoniam vino largitus indulsit, lapsus in terram rationis usum perdidit. Iam tamen s. Chrysostomus (super Genesis), et Glossa ordinaria, alique Doctores excusant, quod novae plantae vim, et virtutem ignoraret. Haec pertinet quod percontatur Ambrosius: quare Deus populo suo aquae inopia laboranti non praebuerit vinum: nam penes ipsum tam erat vinum, quam aquam praebendi potestas. Respondet id factum a Deo, ne illis maleficeret, occasione praebens, quo iudicii arbitrium, et rationis usum amitterent. Quae omnia videtur approbati ipsius Dei auctoritate, Sansoni, quem in ventre matris sanctificaverat, vini usum prohibentis. Et de Ioanne Baptista dicit angelus in magnum eius eoniam: *Vinum, et siccam non bibet.* Et Rechabitis in sacris litteris laudari notum est propter obedientiam, quam praestiterat patri suo praecipienti, ut a vino abstineret. Praeterea, quando receptum inter principes, et reges fuit tale favoris, et gratiae genus, ut sponsus in cellam vinariam sponsam inducat? Quis etiam adest, qui nesciat honestae puellae mores, et honorum minime decere vini potationem? Nam apud veteres Romanos, ut referunt historici, habebantur infames Saunatorum uxores vinum bibentes, solisque Senatus, ut scribit Plutarchus, mulieribus dare poterat vini bibendi facultatem, gravi urgente morbo, idque extra Urbem degentibus: ac tandem Plato ait usitatum apud antiquos examinari respirationem, et oris anhelum mulieris, quae si vinum redoleret, acriter puniebatur. Ex his constat, planumque*

HOMILIA XVI.

Declarantur verba Christi: Bibite ex hoc omnes; Hic est enim sanguis meus. Et adducuntur rationes, ob quas Deus quandam sanguinis potum prohibuerit.

Inter insigniora beneficia, quae in se ipsam Sponsa a Sponso suo collata commemorat, illud est admodum memorabile, quod sibi Spon-

dit, quod dicendo Sponsa (Cant. 2): *Introduxit me rex in cellam vinariam,* non locuta est de vino materiali, et usuali, sed de mystica cella Ecclesiae catholicae, ubi vinum sanguinis Christi sub hoc sacramento est: quod vinum appellavit Isaias (c. 9): *Vinum germinans virgines.* Vinum certe satis diversum a communi vino, in quo, ut dicit Paulus (Eph. 5), *luxuria est.* Hoc autem, quod nobis a Christo datur, ad puritatem, et virginitatem inducit. Sed ut melius appareat ratio, et causa, ob quam tanti faciebat Sponsa benignitatem Sponsi sui, illam in cellam vinariam divini sui sanguinis introducentis, volo nonnullos subnectere mirabiles eius effectus: ad quos facilius declarandos, non erit abs re discutere, quare Deus ita rigide quondam prohibuerit sanguinis esum, et potum: nam in Levitico (c. 17) dixit: *Homo si comederit sanguinem, obstruabo faciem meam contra animam illum.* Et quamvis post diluivium esum carniis permisit, legem de non comedendo sanguine non abrogavit. Huius prohibitionis causam nonnulli aiunt fuisse, ut inde cognosceretur, quae reverentia foret exhibenda Christi sanguini, cuius typus fuerat sanguis ille animalium. Alii vero sentiunt id a Deo interdictum, quoniam sanguinis esus, et potus est signum crudelitatis: nam dum quis irascitur adversus hostem suum, dicere solemus, quod vult bibere eius sanguinem. Quare cum Deus tanto habeat odio crudelitatem, ut illam adversus animalia exerceri vetuerit; inde iussit (in Deuter.), ut qui in nido comprehenderet matrem pariter et pullos, matrem dimitteret: quoniam crudele nimis erat, nec pulvis, nec maris parci. Verantamen rationes, quae magis proposito nostro conveniunt, illae sunt, quae ab ipso textu sacrae Scripturae hauriuntur: quoniam cum Deus interdixit sanguinis potum, et esum, duas saltem apposuit causas; quarum prima est, quod anima carnis in sanguine est: sicut etiam testatur Aristoteles: *Sanguis est sepes animae.* Ne igitur hominis vitae voluptatibus defluentis ferent participes, neve imitarentur naturam brutorum, praecipit Deus, ut a comedendo illorum sanguine absterent. Nunc autem propter nimium desiderium, quo tenetur, ut efficiamur particeps vitae ipsius, et ei velut inseramus, imperat sanguinis potum: quoniam cum in eo sanguine vita sit Dei, bibentes ex illo vitam eius participabimus, sicut ab eo dictum est (Ioan. 6): *Et ipse vivet propter me.* Secunda causa huius praecipit a Deo assignata constat ex his verbis (Levit. 17): *Ego dedi illum vobis, ut super altare in eo capietis pro animalibus vestris, et sanguis pro piculo animae sit.* Nolo ut comedatis sanguinem animalium, quae mihi offeritis, quoniam sanguis ille offerendus est mihi super altare ad vos abluendos, et abstergendos a maculis delictorum. Duplex hoc in loco excellentia non vulgaris ostenditur, qua sanguis Christi praestat sanguini, qui Deo quondam imolabatur. Unam excellentiam significavit David cum dixit (Ps. 50): *Asperges me Domine hyssopo, et mundabor; Iosabab me, et super niveum dealbabor.* Ubi notandum est discrimen inter aspergere, et lavare, quoniam ad aspergendum suffi-

ciunt aquae quatuor, vel sex guttae, sed ad lavandum praesertim cum macula penitus inest dit, opus est magna aquae copia. Tale discrimen est illius, et huius sanguinis: nam ille quondam oblatum Deo abstergebat quosdam irregularitates, et illic tota eius virtus sisebat, quoniam solum aspergebat; Christi autem sanguis lavat, tergit, ac purificat animam ab omni genere culparum, et peccatorum (Apo. 1): *Lavit nos in sanguine suo;* ideoque dixit David: *Si asperseris me sanguine ovium, vel agnellorum, mundabor* quibusdam irregularitatibus, et maculis externis; at si laveris me sanguine Christi, *super niveum dealbor.* Secunda excellentia, et nostro proposito convenientior, patet ex eo, quod sanguis illius pretium, et dignitatem exiguum Deus censens, noluit sanguinem animalium essi pariter, et sacrificio servire; ob idque dixit (Levit. 17): *Quia ego dedi illum, ut super altare in eo capietis pro animalibus vestris, id est, ut illum mihi offeratis, non ut comedatis.* Valor autem, et praestantia sacratissimi huius sanguinis tanta est, ut pastus pariter, et potus mentis nostrae sit (Io. 6): *Sanguis meus vere est potus;* existatque simul oblatio, et sacrificium pro peccatis, ut dixit Ioannes (1. Ioan. 2): *Propitius pro peccatis.* Unde Christus utramque capulavit, cum dixit discipulis (Matth. 26): *Bibite ex eo omnes; hic est enim sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Bibite discipulis mei meam venarum sanguinem: sufficit enim ille et ad bibendum, et ad satisfaciendum. Ad bibendum sufficere constat ex verbis Christi, dicentis: *Bibite ex eo omnes;* ad satisfaciendum liquet ex his, quae adiunxit, *in remissionem peccatorum.* Hinc sanctus Cyprianus dixit in sermone, quem inscripsit de coena Domini: *Nova est huius sacramenti doctrina, et doctore Christo primum haec munda innotuit disciplina, ut biberent sanguinem, cuius esum legis antiquae auctoritas districtissime interdicit. Lex prohibet esum sanguinis, Evangelium praecipit ut bibatur.* Et Origenes (ho. 10 sup. Num.) tangens verba Deuteronomii (cap. 32): *Cum medulla tritici sanguinem uvae biberent, consideransque felicem sortem catholicorum, quod habeant non potum, et potu Christi carnes, et sanguinem, inquit: Tu ergo esuries populum Israel, qui non nosti carnem Dei comedere, et sanguinem bibere illius uvae, quae est ex vera vite.* Adde quod praedictis, ut clarior innolescat virtus et vis huius sanguinis, nullius avis tam utilem esso sanguinem, quam pelicanus erga filios suos: unde se Christus ei comparat (Psal. 101): *Similis factus sum pellicano solitudinis.* Quem locum dilucidans Hieronymus scribit, quod pellicanus pullos suos morsu serpentis semianimes intuens, sibi de pectore elicit rostro sanguinem, quo illos aspergens vitae restituit. Christus autem non contentus sibi pectus aperiri, pedes, et manus perforari, ut nos sanguine suo aspergeret, et a morte peccati revocaret ad gratiae vitam, totum nunc sanguinem suum nobis in hoc sacramento communiavit, ut eo lamquam Balsamo ab omni corruptione peccati liberemur, seu, ut loquitur Concilium Tridentinum (sess. 13),

ligo Crucis eius corpus, quod ipse vocat panem. Quam expositionem, quoad verba ultima, Hieronymus (*sup. c. 11. Hieremias*), Tertullianus, Lactantius Firmianus, et multi alii Patres amplectuntur; Glossa tamen ordinaria aliam horum verborum assignat expositionem; ait enim per panem significari Verbum, quod procedit ab ore Dei: dictum enim est (*Matth. 4*): *Non de solo pane vivit homo, sed de omni verbo, quod procedit de ore Dei*. Ex quo, inquit Glossa, *panis Iesu quo nutrimur, est sermo eius*. Cum igitur Pharisei tam graviter tulissent Christi doctrinam, et sermones, quibus, et eorum auctori erant infestissimi, deprecaverunt nullum opportunius, vel melius esse remedium ad vituperandam, et labefactandam doctrinam illius, quam si e cruce suspenderetur: nam auctore suspenso, et patibuli ignominia notato, doctrinam pariter illius infamem, et ignominiosam fieri posse arbitrabantur; ideoque dixerunt (*Luce. 11*): *Mittamus lignum in panem eius*. Sed contra accidit, atque ipsi paventur, sicut eadem Glossa notat: nam quemadmodum lignum quod Moyses proiecit in aquas amaras, ut legitur in Exodo, eas reddidit dulces, et gustui suaves; ita lignum crucis maiorem Christi doctrinam attulit auctoritati, quoniam opere confirmavit moriens, quod verbo asseruerat: quod vixit: eandemque doctrinam, de qua ipse dixerat (*Matt. 11*): *Lignum meum suave est, ita dulcoravit, ut inter ipsa tormenta sancti homines de illa gloriarentur, ut dixit Paulus (Rom. 5)*: *Gloriamur in tribulationibus*. Sed mox iudicio germana magis, et legitima horum verborum expositio est, quam tradidit Nicolaus de Lyra (*sup. Hierem.*), ubi ait, in regione Hierusalem esse arborem taxum, cuius etiam magna copia est in Arcadia, et in regno Galliciae apud Hispanos, quod arboris genus veneficum est, et ab eo dictum quidam volunt toxicum: de hac arbore mentionem fecerunt Plinius (*lib. 16. c. 10*), Isidorus (*in lib. Ethnologicarum*), et Virgilius (*in Eclogis*):

Sic tua Cirnaeus fugiant examina taxos.

Cum igitur Pharisei dixerunt, *Mittamus lignum in panem eius*, idem est, ac si dixissent: praebeamus haec homini toxicum in pane, quem comedit, praebeamus huc bacellam moriferam: atque ideo subditur statim a Propheta, quod et ipsi dixerunt (*ibid.*): *Et eradimus eum de terra viventium*. Ad singularem tamen illam rediens Theophylacti doctrinam de observatione verbi illius, *omnes*, quod cum Christus Dominus prorrigeret corpus, relictur illud; cum vero sanguinem, illud protulerit, plane id videtur eius sententiam labefactare, quod Ecclesiae catholicae refert in sacrificio Missae: Christus Dominum utrobique usum fuisse verbo illo, *omnes*; sic enim ait: *Accipite, et manducate ex hoc omnes*, quae verba iamquam a Christo prolata referit; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMLIA XVII.

Dilucidantur Christi verba: Ego sum panis vivus: et quae sit divini huius panis dignitas, et praestantia, aperitur.

Unum ex illustrioribus, et mysticis magis nominibus, quae sibiimet Christus imposuit, est illud, quo se *granum frumenti* vocavit (*Jo. 12*): *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet*. Convenit excellenter hoc nomen Redemptori nostro: siquidem granum fuit mysticum, Spiritus sancti manu seminatum in virginis terra viscerum Mariae, irrigatum imbre gratiae copioso, natum magna pulchritudine, ac decore singulari auctum ad spicam usque, vitae usque curricula messum falce passionis, tritum in area Calvariae, molitum in mola crucis vi tormentorum, non tamen ruptis ossibus, ut quod de illo Propheta dixerat, impleteret: *Non comminuetis ea eo*; excretum sub cerealicis mortis, ubi furfures laborum, et laborum, et dolorum separati fuerunt a siliginea farina gloriae, quae semper eius animam comitabatur; depositum tandem lacrymis, quae expirans fundebat: coctum fornace ardentissimae stae charitatis, ut se nobis sub panis specie in hoc sacramento largiretur, quod est inter omnia maxime singulare beneficium, ac munus novum, et quod nullum iucundius, et salubrius, utilius afferri nobis poterat. Quocirca conveniens est, ut a nobis tanta beneficentia promulgetur, et crebris apud omnes gentes usurperet sermonibus, ut nemo non sciat, esse in Romana Ecclesia horreum siligineae frumenti, et alimentum panis, de quo prophetizavit Isaias (*c. 30*): *Et panis frugum terrae erit uberrimus*: de quo Achimelech sacerdos dixit, non licere comedere homini impuro; de quo David (*Psal. 103*): *Et panis cor hominis confirmat*; et de quo Sapientia (*Prov. 90*): *Panis absconditius sanior*: de quo in typo intelligitur, quod Abraham dixit Sarae, praecipiens, ut panem faceret trium mensurarum ex farina purissima, qui panis fuit imago trium substantiarum, quas hic divinus panis includit, videlicet animam, corpus, et divinitatem Christi; et de quo demum Ecclesiae catholicae canit: *Pinguis est panis Christi, et praebet delicium regibus*. Ex quibus verbis colligo ipse catholicam assertionem, ad hoc sacramentum spectantem, nempe in ipso nullam panis esse substantiam: nemo enim panem unquam appellavit pinguem, sed candidum, recentem, vel bene dapsitum, quia tamen hic panis est caro Christi, datur ei epithetum carni conveniens, cum dicitur (*Psal. 147*): *Pinguis est panis Christi*. Idemque significavit David, loquens in spiritu prophetico de hoc altaris sacramento: *Ex adipe frumenti salsit te*. Pespiciuum autem est, nisi panis hic triticeus esset vera caro, non dicturum de illo Davidem fuisse, quod adipee habebat: id enim valde alienum a tritico, et pane est. Haec assertio, et veritas definita est in Concilio Lateranensi, ut constat

ex capil. firmiter, de summa Trinitate, et fide catholica, et in Concilio Romano, quod congregatum fuit adversus Ioannem Hus haeresiarum, et in Florentino per litteras unionis Armenorum, et tandem in Concilio Tridentino (*ses. 3. c. 4*), expresse aiente, in hoc sacramento tantum supere accidentia panis, et vini: *Permanentibus tantum accidentibus*: quae sententia semper ab Ecclesiae Patribus recepta, et comprobata fuit. Nam Ambrosius (*in lib. 7. de sacram. c. 4*) inquit: *Hic panis est ante verba sacerdotis; sed ubi accesserit consecratio, ex pane fit caro Christi*. S. Augustinus, ut refertur in capitulo, *utrum sub figura, de consec. distin. 2*): *Fideliter fatemur, ante consecrationem panem, et vinum, quod natura formavit, post consecrationem vero carnem Christi, et sanguinem esse, quod benedictio consecravit*. Et doctissimus Ubaldensis (*de sacram.*) dicit, a se visum sancti Augustini tractatum, inscriptum, *De corpore, et sanguine Domini*, ubi ait se legisse haec verba: *Nec dubitare debet aliquis, quod panis, et vinum mutantur in veram substantiam Christi; ita ut non remaneat substantia panis, et vini*. Quam etiam doctrinam profiteri Ioannes Chrysostomus (*in hom. de Euchar.*), Hieronymus (*lib. 4. cap. 35*), Gregorius Nyssenus (*in princ. lib. de baptis.*), Iulianus Marlyr (*in fine apol.*), s. Bernardinus (*de coena Domini*), cuius veritatis totum fundamentum innititur Christi verbis, aientis: *Hoc est corpus meum*, id est, quod in manibus habeo, sub panis accidentibus est corpus meum. Quae verba verificari non possent, ut notavit s. Thomas (*in 3. par. quaest. 75. art. 2*), si panis substantia in hoc divino sacramento maneret. Synodus Tridentina loco superius allato ait, catholicam Ecclesiam haec ratione fundatam semper persuasum habuisse, per verba consecrationis totius substantiae panis, et vini fieri conversionem: Concilii verba sunt: *Quoniam Christus Redemptor noster corpus suum id, quod sub speciebus panis offerebat, vere esse dixit, ideo persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, conversionem fieri totius substantiae panis*. Nec alienius est momenti ad hanc fidei veritatem labefactandam, ut putant haeretici, quod communitate in sacra Scriptura hoc sacramentum nominetur panis. Nam primum huic sacramentum nomen hoc non accommodatur solum, sed aliqua pariter adiecta voce, qua declaretur, non esse panem materialem, sicut quando vocatur *panis angelorum*, panis vivus, panis datus vitam aeternam. Secundo, quia sicut animadvertit cardinalis Toletus (*in suis gradibus. sup. Ioan. comment.*), usitatum in sacris litteris est, ut novae res nomina refineant earum rerum, ex quibus factae fuerunt; quod constat ex verbis Adami, quando vocavit os uxorem suam: *Hoc nunc os de ossibus meis*, quia Eva fuerat de costa formata. Et in Exodo narratur, ab Aaron virga fuisse magorum virgas devoratas (*Exod. 7*): *Virga Aaron devoravit virgas eorum*. Constat autem quando illas devoravit, non fuisse virgas, sed colubrum; appellatum autem cum nomine virgae, quia coluber ille ex virga fuerat generatus. Et Ioannes (*c. 2*) scribit: *Cum vidisset Architrictinus aquam vinum*. CARTHAGENA DE SS. TRINIT. ET CHRIST. DOM.—VOL. IV.

factam; perspiciuum vero est, quod amplius aqua non erat, cum in vinum fuisset commutata, nihilominus tamen aquae nomine illud nominavit: quoniam vinum illud ex aqua factum fuerat. Hoc etiam modo, quoniam hostia ante consecrationem erat panis, ideo retinet panis nomen, quamvis illic nulla panis adsit substantia, sed tantum Christi caro. Sicut accideret alicuius Mediolanensis hypothecam, et officinam ingredienti, qui videns capsam, cui esset inscriptio, succinum, illam aperiret, nec intus aliquid praeter succini odorem inveniret, quoniam mercator illud venderat, et in aurum, atque argentum verterat. Si tunc ille mercatorem interrogaret, quare capsula inscriptionem haberet rei, quam non includebat? proculdubio responderet, titulum nimis infixum, et tabulae adhaerentem non ita facile eradi potuisse. Sic in hostia consecrata nulla substantia panis, quoniam iam fuit in aurum purissimum carnis Christi conversa, est tamen panis odor, et sapor inhaerens accidentibus; atque ita si panis adhuc retinet titulum, ac non invenit, causa est, quod ibi aetia fuerit, unde nomen accidentibus post consecrationem adhaeret, nec facile tolli potest: nam, ut sanctus Gregorius inquit, et refertur (*de consec. dist. sec.*): *Species retinet nomina eorum, quae antea fuerunt*. Hac igitur veritate, quae magis momenti est, stabilita, et confirmata, oculos convertamus ad singulare, et insigne beneficium, quod mundum Christus affecit, dum illum fame oppressum, ut olim Daniele in laeta leonum, videns, hoc cum divino pane refecitandum, et saturandum deliberavit. Historia satis nota est, quae refertur de Habacuc, qui ab angelo Dei fuit apprehensus capillo uno, ut cibum, quem paraverat messoribus, Babylonem transportaret, ut illo sanctus Daniel in laeta leonum, quo tenebatur clausus, reficeretur. Habacuc, ut sanctus Hieronymus (*in locis Hebraeis*) interpretatur, idem est, quod *amplexator*, et ita figuram gerit Filii Dei, qui arcto complexu hypostatice unionis naturam est amplexus humanam; quemadmodum dixit Sponsa in Canticis, humane naturae sustinens personam: *Delecta illius amplexabitur me*: Filius Dei, ut explicat Ambrosius (*sup. hunc locum*), me amplexabitur, se mecum personaliter uniens. Messores divini huius Prophetae sunt angelici spiritus, sicut ipse dixit: *Messores sunt angeli*: ipsi enim sunt, qui intra coeli horrea clausuram sicut siligineum frumentum praedestinatorum, expurgatum omni pulvere ac palea reprobatorum (*Luce. 3*): *Triticum congregabit in horrea, paleas autem comburet igni incensurabilibus*. His angelicis messoribus Deus in coelesti patria semper habet paratam mensam invisibili cibo instructam, sicut angelus Raphael dixit Tobiae (*c. 12*): *Ego cibo incisibili, qui hominibus videri non potest, utor*. Sed miseratus Deus famem, quam patiebatur humanum genus in mundi Babylone, modum invenit, quo angelus Dei, qui est sacerdos, teste Malachia (*c. 2*), *Angelus Domini exercituum est, Verbum incarnatum ad manus suas venire faciat tanta cum facilitate, ut sola verborum consecrationis prolotione id conficiat: quod certe mira-*

